

199  
106.

Ex literis quas olim Dn. Rabener, Con-  
siliarius Berolinensis ad patrem meum  
dedit, inuenio, illum Dn. Rabenerum jam  
Anno 1685 occasionem qua fuisse, ut patri  
meo Godofredo Kirchio, Berolini officium ali-  
quod <sup>Astronomicum</sup> procuraret. Postea in aliis literis Anno  
1697. D. 9. octobr. ab eodem Dno. Rabenero  
scriptis ~~pl~~ sequentia inuenio: Spem esse,  
Electorem Observatorium cum omni apparatu  
constitutum. Dominum Rabenerum etiam  
consilia maxime plausible haec de re proposuisse.  
Patrem meum denominatum <sup>esse</sup> ~~fuisse~~, ut voca-  
retur ad peragendas observationes, etc.

Sed aliae literae die 11 Febr. 1698. datae, enar-  
rant, omnia priora consilia eversa fuisse, prop-  
ter offensam in quam incurrit Dn. de  
Danckelman apud Electorem. Sed tamen  
Anno 1700 in aliis literis die 7 Febr. scriptis  
indicat, jam rem eò perductam esse, ut pater  
meus in Berolinum vocandus esset. Eadem  
fere etiam Dn. Consiliarius Churo ad Patrem  
meum scripsit. Plura vero, de initio obser-  
uatorii et Societatis, ex scripto quod simul trans-  
mitto, intelligi possunt, quod ante patris mei  
aduentum Berolinum, scriptum esse debet.  
~~Factum~~ <sup>Probabiliter</sup> circa initium anni 1700.  
Berolini D. 11 Dec. 1729. C. Kirch.

1794

P.S. Mitto simul observationem  
Aurorae Borealis 1716 cum figuris,  
et duas observationes eclipsium, quas edidi,  
ut eas facilius cum aliis Astronomis  
communicare possim. Ceterum ut, Vir  
Reverendissime, mihi priores duos tomos  
Tuae Chronologiae sacrae, in paucos dies, ad  
perlegendum, commodare velis, valde rogo.